# LIBER · SEPTIMVS · INCIPIT ·

SEPTIMUS HIC NOBIS ADUERSUS NOUAE
hereseos uesanam temeritatem liber scribitur; ceteris quidem
anterioribus numero posterior; sed ad perfectae fidei sacra-
mentum intellegendum aut primus aut maximus; in quo non
ignoraremus quam difficile adque arduum iter doctrinae euange-
licae scandamus; a quo quamuis conscientiae infirmitate
nostrae et trepidatione reuocemur; tamen fidei aestu incitati,
& hereticorum furore commoti, & periculo ignorantium pertur-
bati, quae loqui non audemus; silere non possumus; utriusque dis-
criminis metu subditi, ne destitutae ueritatis reatu nobis sit aut tacitur-
nitas aut praedicatio; incredibilibus & enim se corrupti ingenii
artibus heretica subtilitas circumegit; primum ut fingeret religio-
nem; deinde ut omnium simplicium aurium securitatem uer-
bis falleret; tum praeterea ut se prudentiae seculi coaptaret;
postremo ut ueritatis intellegentiam perspeci e meditatio-
nis auerteret; nam protestata dm̄ unum mentita pietatem est;
professa rursus dī filium audientes fefellit in nomine dicens cum ea
non fuisse antequam nasceretur; mundi sapientiae satisfecit inde-
mutabilem quoque & incorporeum dm̄ confitens; natiuitatem dī
ex dō per demonstrationem subdole rationis exclusit; nostris
aduersum nos usa doctrinis & ecclesiae fide contra ecclesiae
fidem pugnans; grauissimo aduersum nos uel responsionis uel si-
lentii periculo comparato dum per ea que non negantur ea prae-
dicat quae negantur; & quidem ceteris superioribus libris admo-
nitos a nobis legentes meminimus ut toto tius blasphemie editione
pertractantes animaduerterent nihil aliud laborari quam ut
dns noster ihs xps neque dī filius neque ds esse credatur; dum & con-
cessis tantum ex quadam adoptione nominibus & dī natura
negatur & filius & eum demutabilis adque incorporeus ds sicuti
& est idcirco adfirmatur ne filius natus ex dō sit; & ds pater ob id tamen

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG · BRITISH LIBRARY · HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen · Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation · Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bl_harley3115/0158